



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

De ueneficiis concubinarum cap. xi

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

DE COELIBATV

nae metis neget id esse amentiam, & manifestam phre-
nesim: duram scilicet, & inimicam amicam, gratam, &
iucundam uideri: & quae ob suam improbitatem, sum-
mamque petulantiam odio est maximo digna: eam ip-
sam uel ex eo imprimis & amari uehementius, & colit
Expergiscere aliquando miser, & uel sero lymphaticam
hanc decoque temulentiam. Quo nam modo ab
ea te amari speres: quae blanditiarum praetextu in te
gladios acuit, grassaturque; siccario quouis cruento sae-
uior: Non uides: non sentis: tibi rætia tendit, tibi
praecipitia parat: te deuorat: te discerpit, te lacerat.
Quonam pacto uerum & syncærum huic amorẽ dicere
audes: à quo die noctuque; agitaris tanquam miserum
mancipium: & in quo (iuxta comicum illud) hæc om-
nia insunt mala: iniuriæ, suspitiones, inimicitia, induciæ,
bella. Cui quæso denique fidere potes fœminæ, im-
pudicæ praesertim: quum scite dicatur à sapientibus
uiris: mulierem, quæ aperte est mala, eam esse tum
demum bonam: Quasi nulla non mala sit: sed mi-
nus noxia, quæ palam est mala, quia uitari facilius pos-
test. Heu te ergo imprudentem, & tardum, qui non
intelligis huic te quàm infœlicissime seruire: atque ab
hac uendi, & in eo nunc stare lapide, in quo (ut aiunt)
præco prædicat te uenalem.

De ueneficis concubinarum. Cap. XI.

AN parum tua referre putas, esse te meretricis
mancipium: Qualia credis tibi pocula pa-
rari, dum ne se deserat, timet: dum aliam ne
praeferas sibi ueretur, dum trepidat ne quando sui te
facietas capiat, aut sui tædio affectus procul abigas,
atque uel sic semiexpilatus è suis tandem unguibus
liber euoles. Interea uero dum trepida, & anxia
eiusmodi casus pauet, quas non adit ueneficas: quos.

non consulit magos? quæ philtæ præterit? quid in-
tentatum relinquit? quid non experitur sollicita ne tu
te quandoq; ex suis explices laqueis, atque paratas in
te insidias tutus euadas. In hoc sanè studio omnis
eius cura industriaq; consumitur: ut nihil profus cogi-
get aliud die noctuq;, quàm quo modo te sibi uin-
ctum, ac obnoxium perpetuo reddat. Tu formatus
in statuunculam caream acu transfoderis, igne lique-
ris, litio uinciris. Tibi menstrui uirus, tibi effosi ca-
daveris ungues, tibi rubetæ uenenum, tibi hippoma-
nes, ac nefandissima quæq;, & fœda dictu undiq; per-
quisita, pro amoris poculo, egregia tua hæc amica pro-
pinat. Nullis enim sordibus parcat, à nullo medica-
mine manum cohibet, a nullis carminibus linguam fræ-
nat, nullum deniq; maleficium reformidat: quousque
suis tibi ueneficiis, & amatoris fascinationibus animû,
mentemq; ademerit, & quasi Circes quædam transfor-
mauerit te in monstrum eferum, uel potius (ut accidit
sæpe) te necauerit. Quid credis? quòd desipis inde
est: expectorauit tibi ex animo omnem sapientiam: &
exiit te quicquid habueris aliquando rationis. Inde ani-
mi caligo, & magna obliuia rerum. Tota planè uita me-
retriciis nil nisi ueneficium est, quû parum fidat suis ipsa
lenociniis, fucisq; mendaciorum. Nam inueterata usq;
ad hæc tempora durat persuasio, in ueneficiis, & her-
bis, fœminarum superstitionem, notitiamq; præualere.
Quid non facere potuisse ferunt carminibus, & herba-
rum potentia Medeam? Circeem? Erichthonem? Cas-
nidiam? & alias permultas antiquas ueneficas à poetis
ubique celebratas: de quibus & si multa dicantur,
quæ fide careant, ac maiora, quàm par sit credere:
implent tamen nos admiratione, & cogunt fateri mira-
bile esse, quod herbarum uis faciat: quum & tot scrip-
torum assertio, & fere omnium assensus, naturæ
uox sit habenda. Extat censorium dictum, uel po-

DE COELIBATV

ritus oraculum. M. Catonis asserentis nullam esse imo
 pudicam, quin sit protinus eadem & uenefica, & uenefi-
 cii simul rea. Quam frequens autem, & q̄ familiaris ue-
 neficiorum usus foeminis esse soleat, ita quōdam à Ro-
 manis deprehensum fuit. Nam, ut, T. Liuius narrat, quo
 tempore ex optimatibus, & primoribus urbis Romæ
 multi incognita peste morerentur, ab ancilla tandem pa-
 tefactum est complurium matronarum scelus, quæ ui-
 ros suos clandestinis insidiis aggressæ subito ueneno
 necarent: quocirca rein iudicium protracta, centum, &
 septuaginta numero fuerunt, quæ uiros sic interemerant:
 quæ omnes sub uno simul iudicio, capitali supplicio
 damnatæ sunt. Quis ergo, si uxores, quum aliquo exa-
 gitantur furore, letalia medicamina soleant maritis exhi-
 bere, sperabit sibi meretricem fidelem? quandoquidem
 hæ sint natura ad hominum perniciem semper instru-
 ctæ: & præ uxoribus feroces, & rabidæ lænæ
 potius censendæ, quàm foeminæ.

Detruci meretricum ingenio. Cap. XII.

Quam improbi uero, q̄q̄; feri sint meretricum
 mores, nulla potissimum ratione arbitror pos-
 se facilius explicari, quàm si bestiarum quantū
 uis ferarum ingeniis conferantur: quādo illas hæ sæpe
 numero & anteeant sæuitia, & adæquent furore. Immu-
 tat enim eas nimia malitia ex optimo ac mitissimo, ani-
 mali in atrocem naturam, ferosq̄; mores belluarū: usq̄
 adeo ut multis sæpe nominibus illarum hæ superent
 ferociam. Quid enim inter armenta tauro pugnacius?
 quid ea cerulce durius? tamen facile deposita feritate
 mitescit: discitq̄; moriger & mansuetus subdere ceruicē
 iugo: ac officiose parere imperiis sibilis & uocibus bu-
 bulcorum. At foemina improba indomabilis est: nul-
 laq̄; uel ul flectere, uel obsequio demereri, eam potes,